

IUVENIUS

EPHEMERIS IN USUM STUDIORUM STUDIOSE

Per.
Lat
020

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse

Laptulajdonos: Katolikus Kőzépiskolai Tanáregyesület. — Sumpitibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, XI., Fehérvári-út 13. (tel.: 269-057).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1941—42: 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postal is Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse internationale» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorum mittit, pretium annum solvit.

Sanctus Antonius Patavinus in urbe Csikszereda.

Lectoribus mediis scripsit Tib. Farkas disc. Csikszeredanus.

Siculos¹ duas mentes habere inter omnes constat. Si una non sufficit,² ut malum avertat, promitt alteram. In gymnasio Csikszeredano accidit haec res. In gymnasio adventus inspectoris Rumeni exspectabatur. Magistri monuerunt pueros, ne nimiam peritiam rerum Hungaricarum ostendendo vitam scholae in discrimen³ vocarent.⁴ Inspector reverā advenit. Valde stomachatus⁴ est, quia in responsis non potuit errorem invenire. Itaque ad extremum experimentum configit: ad puerum parvum classis primae accessit, fenestrā gymnasii monstrans, in qua S. Emericus cerni poterat, interrogavit: «Dic mihi, puerule, quem exprimat⁵ haec pictura?»

Puer Sicus primū inspectorem suspexit, deinde magistrum, qui forte ibi stabat, tum S. Emericū, quia valde inops⁶ consili⁷ erat. At prompsit alteram mentem, et: «Hic est, inquit, S. Antonius Patavinus!»

Inspector obstipuit, deinde se continens dixit: «Heu, heu, puerule, S. Antonius coronam principalem non habet. Cogita


modo! Puer et caput deflexit, dum cogitabat, deinde: «S. Antonius!» — dixit persuasum⁸ sibi⁹ habens.⁷

«Aspice modo rectius, puerule», dixit inspector voce mellitā. «S. Antonius nullum pallium regium habet, et manu sua lilium non tenet! Scisne iam, quis sit?»

— Scio! — clamavit puer, — S. Antonius Patavinus!

— Stultissimus es! — increpuit⁸ inspector Sicum vehementer, et proripuit se. Ante magistrum historiae substituit, et dixit: «Gratulor tibi de discipulis, domine magister! Quamquam Hungari sunt, nec tamen Sanctos ex stirpe Arpad neverunt!»

Quo facto magister



Gymnasium «Mariae Adiutricis» dedicatum.

¹ Hungari Transsilvaniae

² elég = gen'gen = suffire

³ veszélyeztet = gefährden = mettre en danger

⁴ iratus = ábrázol = darstellen = repräsentieren

⁵ tanáctalán = ratlos = perplex

⁶ mégyőzödessel = mit Überzeugung = avec conviction

⁷ ráförméd = anherrschen = rudojer



miserrimus cum genis⁹ pudore ardentibus puerum arreptum bene quassans et monstrans ei picturam interrogavit: «Quis est hic?» — «Sanctus Emericus ex stirpe Arpad!» — respondit puer superbe.

«Et cur non dixisti domino inspectori, si hoc scis?» Puer connixit¹⁰ lascive, et dixit: «Eum omnia scire non oportet!» Magister puerum prudenter egisse sensit. Quia ille duabus mentibus, ipse autem unā tantum cogitavit.

Vere tum opus erat Siculos duas mentes habere. Si enim unam tantum habuissent, forsitan iam diu non superesset Transsilvania, et nostra Terra Siculorum amoena non Hungarica esset.

⁹ arc = Wange = visage ¹⁰ hunyorít = blinzeln = ciller les yeux ¹¹ hamiskásan = schalkhaft = en folâtrant

Nuntii recentissimi.

Anno praeterito centenaria etiam horum trium virorum eminentium celebrata sunt:

Josephus Katona a. 1791 in oppido Kecskemét natus est, ubi et Pestini scholas frequentavit. A. 1820 advocatus, post ibidem actor¹ publicus,¹ a. 1826 actor publicus superior factus est, quo munere usque ad mortem immaturam (a. 1830) fungebatur. Iam Pestini morantem cupiditas fabulas² scribendi cœpit, quarum primae nondum memoratu dignae sunt. Meliores erant «Zisca» et «Exitium Hierosolymorum.»³ Adhortante Gabriele Döbrentei ad concertationem⁴ a magnatibus Transsilvaniae promulgatam scripsit tragœdiam: «Bánk-bán», quae etiamsi non abstulit praemium, neque in scenam afferri potuit, quod censor vetuerat, poëtae mortuo gloriam magnam attulit. Anno enim 1834 Gabriel Egressy, histrio magnus ludo⁵ scénico⁶ beneficiale⁷ in hac tragœdiā demonstravit Josephum Katona ingeniosissimum fuisse poëtam.

Philippus Aureolus Theophrastus Bombastus Paracelsus a. 1493 natus est. Pater quoque eius medicus erat, cuius artem secutus totam fere Europam, etiam Hungariam, peragrans ab artificibus maximis aetatis didicit, deinde reversus est in patriam, Helvetiam, et in universitate Basileae (Basel) docebat. Propter sententias suas novas controversias cum rérum peritis habuit, quare in oppidum Salisburgum emigravit. Paracelsus auctoritatem doctrinae medicinae superstitiones antiquae plane labefactavit viam aperiens «atrocemiae»⁸ et locum dedit chemiae in doctrina medica, nam declaravit chemiam in primis ad fabricandas medicinas, non autem ad aurum faciendum aptam esse. Opera eius in uribus: Basilea Argentorato (Strassburg), Genava (Genf), et Iéna edita sunt. Mortuus est a. 1541, cuius centenarium quartum nuper celebratum est.

Stephanus Werbóczy [a. 1458 natus est in Werbócz] Litteris studuit in «Academia Istropolitana»⁹ A. 1521 legatus missus Vormatiā (Worms) ad imperatorem Carolum VI etiam Martino Luther occurrit, quocum diu disceptavit. Magnam partem habuit in légibus condendis Vladislai II a. 1498, quae plus iuris plebi dederunt. A. 1514 edit librum praeclarum, qui inscribitur: «Opus Tripartitum iuris consuetudinarii incliti regni Hungariae.» A 1516. personalis¹⁰ et a. 1825. oratione in comitiis regni habitā palatinus¹¹ factus est. Tempore stragis Mohacsensis otio fruebatur. Missus est etiam ad Summum Pontificem Clementem VII et legatus Ioannis regis Constantopolim. A 1541. mortuus est Budae 83 annos natus. *Hugó Rácz disc. Maconensis.*

¹ ügyész = Staatsanwalt = procureur général ² dráma = Jerusalem = pályázat = Preisbewerbung = concours = jutalomjáték = Benefizaufführung = bénéfice = gyógyvegytan = Heilchemie = chimie pharmaceutique = Posoniensi = személynök: locum tenens. Principis Primatis = nádor: vicarius regis

Nero Budapesti. *Franciscus Felkay* tragœdiam in tres actus divisam scripsit de tyranno aequo crudeli ac vano. Scriptor plures res gestas praeter necessitatē mutatas nobis ante oculos ponit. Sic matrem Agrippinam Nero ipse in scena veneno occidit, Britannicum autem 13 annis post, itaque non anno 55-o, sed 68-o necari iubet, turbæ contra imperatorem procedenti poëta quidam Christianus, nomine Lucatius preeest, etc. Ruinam tragicam Neronis in tragœdia imprimis sua vanitas poëtae affert, quam auctor² consiliorum³ eius poëta aulicus Helios turpiter adulando ad libidinem regit, quin etiam persuadet Neroni, ut virum fidelissimum, Senecam sapientem, quandam educatorem, occidi iubeat. In fine tragœdiae tyrannus moriens dicit verba clarissima eaque fide digna: «Qualis artifex pereo!»

Tragœdiam *Theatrum a Madách nominatum* maxima cum cura diligentiaque in scenam detulit. Partes³ primas³ difficillimas, id est Neronis agens⁴ Zoltanus Greguss lusū suo mirabili artificiosoque efficit, ut Neronem tragœdiae verum credibilemque putemus. In partibus Agrippinae, Poppeae, Senecae et Helii Helena Titkos, Vera Sennyei, Emericus Toronyi, Zoltanus Várkonyi multum ad eventum successumque bonum tragœdiae attulerunt,⁴ quae, quamquam materiam ex antiquitate sumit, tamen etiam his temporibus discriminum plenis spectatores eruditos delectat.

Dr. Elis. Nagy Bp.

¹ szükség telenül = unnötig = sans nécessité ² tanács-ad = Ratgeber = conseiller ³ a főszereben = in der Hauptrolle = comme protagoniste ⁴ hozzájárul = beitreten = contribuer

Nuntii bellici. Angli iam-iam credentes se mox totā Lybiā potituros esse, a Germanis Italique tam celeriter e Cyrenaica repulsi sunt, ut magnam vim frumenti benzinae aliarumque rerum ad bellum gerendum necessariarum hostibus suis relinquenter. Eodem tempore Japonenses iam insulam Singapore ceperunt.

In **Societate Parthenon** professor Berolinensis *Fridericus Gerke*, hospes Universitatis Pazmiana, iucundissime de arte Graecorum vultum effingendi disserit. Recitatio permultis imaginibus decem saeculorum projectis illustrata ab auditoribus eruditis applausu ingenti accepta est. Libros ab eadem societate nuperrime editos proxime recensebimus.

Socius noster **Aladarus Kővári** magister thyatrogymnasi Kapossvariensis utiles versiculos de syllabis, in quibus sexus vocabulorum appetit, composuit, quos ad collegas, si cuius interest, libenter transmittet.

Paracelsus in fabulis populi.

Latine reddidit *Ios Guelmino* Bp.

In pag. 50. etiam «Iuventus» meminit Paracelsi 400 annis ante mortui, cuius fama etiam nostram aetatem attingit. Hodie iam nemini dubium est, quin Paracelsus collegis suis doctor medicus fuerit. Homines autem temporis illius, imo medici quoque, suspicaces spectabant eum, quoties-

cunque de mirā eius curandi¹ ratione¹ certiores facti sunt, rebus vim magicam eius subesse, eumque beneficum² esse arbitrabantur, quippe qui etiam tunc in verba Galeni,³ Avicennaeque⁴ iurarent. Testatur hoc scriptor illius temporis — Ewaldus Beckmann quoque — qui eum iuvante diabolo, veneficia⁵ nunquam adhuc audita pergeisse attonitus scripsit.

In huius modi scripturis traditur Paracelsum fuisse unicum hominem in hoc mundo, cui contingit comprehendere anguem album. Hunc autem anguem album — de quo etiam in fabulis Germanorum fit mentio — si quis comprehendisset, concoquisset et comedisset, tantam et tam mirificam vim accipere putabatur, ut linguam non solum omnium hominum, sed et animalium, avium, arborum herbarumque intellegere, quin etiam perspicere posset per ferrum et lapides, murosque, et in imis terris perfacile animadvertere aurum, lapidesque pretiosos latitantes.

Et hunc ipsum anguem contigit Paracelso comprehendere. Quanta fortuna, et quantae divitiae! Domum igitur portat, traditque famulo suo anguem, qui concoquatur bene et coctus seponatur, donec ipse revertitur, quia sibi interim ad graviter aegrotantem eundum est. Restricte⁶ autem praeceperit ei iterum atque iterum, ne gustare auderet decoctum.⁷ Famulus tamen, propter id ipsum, quia tam restrictive vetitum erat sibi gustare decoctum, quid subesset⁸ vetito, scire cupiens, aliquantulum ex angue comedit et obstupefactus animadvertisit se, quid sermocinarentur feles et canes, imo et arbores floresque, penitus intellegere. Domino autem suo rem non aperuit. Accidit autem non multo post, ut cum famulus cum domino in valle quadam equo veheretur et audiret duas picas⁹ nugas garrire¹⁰, cachinnum¹¹ tolleret.¹¹ Quoniam autem cachinno prodidit semetipsum, Paracelsus, irā incensus, gladio transfodit eum. Et ex eo tempore iterum solus auscultabat herbas, quid inter se loquentur de vi sua medica occulta.

Et interea accidit, ut in urbe Oeniponto (Innsbruck) vir quidam ditissimus, cum iam iam moriturus lecto infixus iaceret et a celeberrimis medicis sanari nequiret, quamquam audivit Paracelsum cum diabolo habere societatem, tamen, ut eum quoque consuleret, ad se vocari iussit. Paracelsus statu eius cognito medicinam praescripsit ei, qua haustā ingentibus cruciatus doloribus coegit suos, ut Paracelsum accusarent, quod se veneno interficere temptaret. Paracelsus autem, sicut ros¹² de prato, evanuit ex urbe et comprehendendi nequaquam potuit. Praeteritis autem 12 horis dolores viri repente sedati sunt et sanitatem integrum recepit. Tunc ipsum intravit Paracelsus, a quo vir sanatus balbutiens veniam rogavit, quod benefactorem ac si malefactor esset, tractavit.

Finis sequetur.

¹ gyógymód = Heilmethode = méthode thérapeutique ² boszorkánymester = Hexenmeister = magicien ³ medicus Graecus a. 131—200 p. Ch. ⁴ medicus Arabicus a. 980—1037 ⁵ boszorkány-ság = Hexerei = sortilège ⁶ szigorúan = streng = rigoureusement

⁷ fözet = Gebräu = décoction ⁸ lappang vmi alatt = dahinter steckt = il y a là dessous ⁹ szarka = Elster = pie ¹⁰ loscogni = schwatzen = bavarder ¹¹ kacagásra fakad = ein Gelächter erheben = éclater de rire ¹² harmat = Tau = rosée

Alex. Petöfi: Bellum erat...

Convertit *Vincentius Bors Szegedinensis.*

*Bellum erat vitae meae
Semper mens paeclarata,
Cum cor fundit sanguinem pro
Libertate cara!*


*Unum sacrum est in mundo,
Pro quo nostris armis
Busta dignum est fodere
Et fundendus sanguis;*

*Haec sanctitas est libertas!
Mente capti erant,
Qui pro rebus aliis se
Morti obtulerant.*


*Pacem, pacem orbi terrae,
Sed ne tyrannorum,
Pacem sacrī ex manibus
Libertatis solum.*

*Cum erit in orbe terrae
Sic pax univora,
In infimum mare arma
Iaciamus nostra.*

*Dum sic non est, cette arma,
Arma usqu(e) ad letum!
Tametsi ad iudicium
Pugnatur supremum!*



Portus insulae Singapur (pag. 50).



Gymnica Hungarica: trahea selliformis (fakutya) in lacu Pelsone
(Balaton).

Certamen poëticum.

Proposatum a Gabriele Findly d.-re Bp.

In libro Antonii Szirmay de Szirma, qui inscribitur «Notitia topographica, politica incliti Comitatus Zempléniensis (Budae 1803)», haec in pag. 205. leguntur :

Helenae Ország, coniugis Gabrielis Perénii sepulchralis marmoris partem ex crypta, dum Ecclesia anno 1783. instauraretur, protractam vidimus, et hoc epitaphii eius fragmentum descriptissimus :

*Vt quos certus amor vivos tenu
Foedere nec posset mors dissociare
Digna erat haec Helena Gabrieli
Nam praelustre genus, formae Spect
Dotibus ast animi speciosior, ac
Virtutis solidae laudes cumulauit
Innumeris exculta bonis Heroidas... in
Pannonicas tamquam lux spectat*

Qui omnes hexametros epitaphii mutilatos recte expleverint, praemio donabuntur. *Terminus verbum explatorum ad moderatorem mittendorum Calendae Iuniae.*

LECTORIBUS MINIMIS

Jocosa.

1. In cauponam¹ deversor² cauponem interrogat : «Quid facis? Nunc etiam diem mihi in rationem³ induxisti!» Cura — Caupo ridens respondet : «Quia proverbium secutus sum : tempus pecunia est».

2. Puer in bovili⁴ vaccas albas et fuscas⁵ videns curiose patrem interrogat : «Nonne, pater, hae albae vaccae dant nobis lac, fuscae autem vaccae coffeam?»

3. Quidam cingarus confitendi⁶ causā sacerdotem adiit. Inter confessionem furtaur⁷ crumenam⁸ ab sacerdote, et dicit : «Furatus sum!»

Sacerdos : «Si furatus es, — inquit — redde!» «Hic est» dicit porrigen sacerdoti pecuniam vir. «Noli mihi sed ei, a quo furatus es, reddere», dicit sacerdos. Cingarus : «Offeremam illi, sed noluit accipere».

Eméricus Schumicky disc. Verbócziani Bp.

Magister : Dic mihi sex bestias Africanas. — Discipulus : Duo leones et quattuor elephanti.

Zolt Biró disc. gymn. conf. Hely. Bp.

1. Diogenes philosophus cynicus, cum videret parvam domum, quae magnam portam habuit, exclamavit : «Claudite portam, ne domus exeat!»

2. Magister physicae : Stephane, dic mihi, quid calor et quid frigus affert!¹⁰ — Stephanus : Corpora calor dilatat,¹¹ frigus autem comprimit, exempli causā aestate dies propter calorem longiores sunt, hieme autem propter frigus breviores.

Armandus Taddei
disc. Lucanensis (Helvetia).

1. Magister : Quid faciunt corpora, si aéri¹² calet?¹³ — Discipulus : Sudant.¹³

2. Sacerdos : Amice, potus alcoholicus est hostis noster maximus. — Homo ebriosus:¹⁴ Semper nobis dixisti, ut amemus inimicos quoque. — Sacerdos : Attamen nunquam dixi, ut etiam devores¹⁵ eos.

3. Duo bolscevitae oppidan agricultor agrum suum tranquille seminantem¹⁶ videntes dicunt : «Semina, rustice, semina! Fructum tamen nos accipiemus». — «Recte dicitis, — respondet rusticus sincere : ego enim semina cannabis¹⁷ ad funem¹⁸ aptae spargo.»

Lad Versenyi disc. Adalbertini Bajani.

¹ kocsma = Gasthaus = restaurant ² vendég = Gast = client ³ felszámít = anrechnen = mettre au compte ⁴ tehénistálló = Kuhstall = vacherie ⁵ sötétszínű = dunkel = noirâtre ⁶ gyónni = beichten = se confesser ⁷ ellap = stehlen = voler ⁸ pénztárca = Geldbeutel = portemonnaie ⁹ kínál = anbieten = offrir ¹⁰ előidéz = verursachen = causer ¹¹ kitágít = ausdehnen = dilater ¹² meleg van = es ist warm = il fait chaud ¹³ izzad = schwitzen = suer ¹⁴ iszákos = Trunkenbold = ivrogne ¹⁵ lenyel = verschlingen = avaler ¹⁶ bevet = sän = ensemencer ¹⁷ kender = Hanf = chanvre ¹⁸ kötél = Strick = corde

1. Aegrotus : «Domine medice, quamquam Te ad me vocavi, tamen confiteor : nequaquam¹ arti tuae confido.» Medicus : «Neque asinus confidit medico suo, tamen sanus fit!»

2. Iudex : «Ree,² confiteris-ne te surripuisse³ hunc currum?» Reus : «Non surripi, domine iudex. Vidi currum prope portam coemeterii⁴ relictum, et possessorem mortuum esse putans abstuli.»

3. Petrus : «Quot⁵ annos⁶ nata⁵ es, Theresia?» Theresia : «23.» Petrus : Oh, me stupidum! Decimus iam annus est, ex quo semper hoc audio, et nondum⁶ discere potui!»

Fridericus Kreiner, disc. Sch. Piarum, M.-Canissae.

Quidam rusticus⁷ principio huius saeculi in Americam emigrat et scribens incolis ruris sui narrat vitam in America adeo levem esse, ut hominibus sub arbore iacentibus sine labore nihil

facientibus fructus in os cadat. Unus ex rusticis, qui domi manebat, animo vehementer commoto decernit etiam emigrare. Ceteri curiosi exspectant, quid ille scribat, accipiuntque has litteras: Mandacium l' Arbor quatienda⁸ est, ut fructus decidat.

Rob. Frankl disc. Mátyásföldiensis.

Statua librum legens. *Iosephus Szabó* magister Scholarum Piarum Vaciensium praeter severitatem interdum discipulos illudebat.⁹ Exempli causa ostendit in fronte aedis¹⁰ cathedralis¹⁰ sanctorum statuas, ex quibus una librum apertum in manu tenet. Magister affirmavit: «Hic sanctus ultimo anni die nocte mediā, si horologium¹¹ duodecim sonare audit, paginam in libro vertit.» Quod adeo pro certo dixit, ut discipuli creduli totā nocte exspectarent, quomodo haec res extraordinaria fieret. Nimirum¹² die postero narraverunt magistro se nihil animadvertisse. «Stulti estis, — risit Szabó — statua enim sancti nequit horologii sonitum audire, at ego ita dixi: si audit, paginam vertit.» *Nic. Mikolás disc. Sch. Piarum Vaciensium.*

¹ egyáltalában nem = keinesfalls = nullement ² vándolt = Angeklagter = accusé ³ ellop = stehlen = voler ⁴ temető = Friedhof = cimetière ⁵ hánny éves = wie alt = quel âge avez-vous ⁶ még nem = noch nicht = pas encore ⁷ paraszt = Bauer = paysan ⁸ meg kell rázni = muss man schütteln = il faut secouer ⁹ megrétfál = einen Streich spielen = faire pièce à qn ¹⁰ székesegyház = Dom = cathédrale ¹¹ óra = Uhr = horloge ¹² persze = natürlich = naturellement

M. Vörösmarty: Praefatio (a. 1853).

Lectoribus maioribus latine reddidit *Achatius Császár*, disc. cl. VIII. gymn. Cisterciensium. Bp. (Versus iambici.)

Scribente me haec caelum nitebat ac
terrae virebant fronde culmina.
Vivebat, ut formica, homo labore:
luctata mens, agebat et manus,
ardebat ingenium, sperabat cor,
atque humidam tergens sudore frontem



Pittacia beneficia milites nostros donandi causa ante ferias Nativitatis Christi a. 1941 edita:

*humanam erat fertura pax salutem,
quodquam studebat, summum praemium.
Natura festum egit diem, quod est
insigne, pulchrum, in illo apparuit,
aether tremebat spe et gaudio,
eraique voces editurus altas,
quibus sonis ut glriosioris
mundum salutaret novi universi:
audivimus tota altitudine
sonos repercessos. Rotare desinit
paulisper ingens universitas.
Factum est silentium afferens procellam.
Bellum coortum est. Ad caelum horridae
manus virorum iactavere membra,
et cordibus saeviverunt pedes.*

*Emarcuitque vita spiritu,
extincta magnarum est lux mentium,
caerulei vultu obscuri fulgura
nondita deformavere luce
iram ferocem hostilium deorum.
Clades rudirunt continenter, ut
monstrum furore sanguinario
ncensem. Ubi gressae, e vestigio
dirae gemunt victarum gentium
ex albidis acervis ossium,
crudele paupertas iners caput
in desflagratis ponit urbibus.
Nunc est hiems et nix et mors, quies.
Et terra canuit;
non per capillos, ut senex beatus,
repente canuit, sicut Deus,
creatis qui mundo ac mortalibus,
ex parte divis, parte bestiis,
exhorruit videns immane opus,
maerore est canus factus et senex.
Tonsorque est venturus ver atque terra
fortasse falsas assumet comas,
florum colorato texto induet.
Geluge oculi liquecet vitrei,
genisque fucatis odoribus
mentitur esse se iuvenem beatam:
rogate tunc lascivam eam senem,
quid fecerit misellis filii.*



Agri oryzae in insulis Philippinis artificiosa irrigati.



Volatores vicerunt: navis Anglorum incensa submergitur.

In memoriam A. Stephani Hanauer episcopi Vaciensis.

Frigidissimo quodam mane mensis Jan. sub finem missae uno tenore de propinqua Ecclesia Cathedrali campana maior intonuit luctum totius dioecesis annuntians: «Lugete, iuvenes clerici, quia luctus decet orphanos, sed gaudente simul, quia deinceps patrem habetis in coelis!»

Dr. Stephanus Hanauer in urbe Pápa a. 1869. natus est. Studia gymnasii apud patres S. J. Colociae eminenter exsecutus est, et ibidem in seminarium dioecesanum admissus est. Scientiam theologiae profundam ab excellentibus professoribus universitatis Oenipontanae sibi comparavit. In patriam item reversus primum in urbe Veszprém p̄mox Budapestini in Seminario Centrali, deinde in collegio a S. Emerico nominato director fuit spiritualis. A. 1919. sedem episcopalem Vaciensem iniit, ubi per duo decennia officium episcopatus vigilansime implens die 15-o m. Jan. iussu Creatoris ex hac vitā migravit. Episcopus director vere spiritualis et paedagogus excellentissimus totam suam vitam iuventuti educandae dedicavit. Valde enim iuventutem, decus Ecclesiae patriaeque amabat. Quisquis cum Stephano episcopo loquendi occasio-
nem et honorem habuit, sapientior ab eo recessit.

Sicut Prohászka cives intelligentes Hungariae propter neglegentiam liberalismi in indifferentiam delapsam, ita Hanauer spiritum et fervorem sacerdotalem item ad fontes verae spiritualitatis direxit, novumque sacerdotium Christo similius transformavit. Assidue praedicaverat: «Clericus diei hodiernae est figura decenniorum futurorum sacerdotis; qualis autem sacerdos, talis erit et populus; populo vero cadente vel stante, stat vel cadit tota

natio!» Tota eius vita fuit generose simplex. Ratio et titulus totius eius operationis significabatur per sententiam, quam episcopus nominatus primum in insigne suum attulit: «Ministrare, non ministrari. Manetque nobis etiam ipso defuncto doctrina sana et vivifica: «Ministrare, non ministrari». R. I. P.

Adalbertus Harhai theologus Vaciensis.


Librorum recensio.

Révész László Florilegium egyházi és klasszikus írók gondolataiból. II. kötet. 1941. Veszprém. P. 331.

Ladislaus Révész in priore huius libri volumine, quod nos in ephemeride nostra hoc anno mense Septembri recognoveramus, promisit se volumen alterum brevi editurum esse. Huius alterius voluminis parte priore scriptorum Graecorum ac Romanorum et quidem eorum gentilium sententiae et cogitata, altera vero proverbia et dicta popularia Hungarica translatione appositâ continentur. Graecae sententiae non Graece, sed in Latinum conversae afferuntur. Scriptoribus antiquis intermixti sunt aliquot recentioris aetatis scriptores, ut Aeneas Sylvius, Erasmus, Politianus, Iustus Lipsius. Auctor libri plane et diserte dixit se non philologorum gratia, sed in usum illiteratorum lectorum, qui veterum subtili et profunda sapientia edocentur et ingenii acrimonia delectarentur. suum librum composuisse. Ita factum est, ut locorum unde sententiae sumptae essent, indicationes omitterentur, ne legentes sibi inutilum additamentorum farragine a legendu retardarentur. Nolimus prioris voluminis virtutes et praestantias denuo praedicare, satis esse putamus dicere ex hoc quoque volumine ut ex priore lectores magnum emolumen et haud parvam voluntatem capturos esse.

Vitéz Temesy Győző dr. Földrajzi Zsebkönyv. Magyar Földrajzi Társaság kiadása. Budapest, 1942. (Libellus geographicus.) Pretium P 2.90.

Si unquam alias, profecto his diebus etiam homines, qui antea res geographicas minime morati sint, negari nequit, scientiis geographicis maxime indigere, cum ut Tertulliani verbis utar, regnis regna pulsent (Apol. 20), cum multae in terris conversiones rerum fiant et mutaciones, tam multa disiunctissimis orbis terrarum locis bella gerantur novaque locorum, urbium, fluviorum, montium, portuum nomina acta diurna legentium oculis obiciantur. Hoc anno libellus a Societate Geographica editus duas potissimum res sibi curae esse voluit: primum quaestiones de patro solo tempestivos, quae sunt: de Paulo Teleki geographo, Hungaria meridionali Trianonensi, inundationibus a. 1941 in Hungaria, an coelum magnae regni Hungarici planicie mutari possit, de finibus Hungariae mutatis,



Sua Eminentia Card Just Serédi missam pro episcopo defuncto celebrat.



Hungariss Slavoniae, Sicilia, Bugovinjensibus in patriam reductis, nostris cognatis Finnougricis in bolscevista Russia, de regione fluvii Temes, de Bulgaria hodierna, expeditione Balcanica, nova Croatia, de Russiae belligerantis habitu geographicco, de spatio maris Baltici vitali, Anglia et Canada, cursu oceani Atlantici septentrionali, statu Orientis proximi, India in spatio vitali Asiae, de U. S. A. et Iaponia deque Oceano Pacifico, etc. Uberrimis atque scitu dignissinis rerum statisticarum expositionibus concluditur libellus, cui adiecta est pulcherrima et accuratissime elaborata tabula geographicaphica Europae, qua regnum et civitatum mutationes evidentissime in conspectum dantur.

Latin-magyar szótár. A középkolák használatára szerkesztette Burián János, átdolgozta Édes Jenő. Harmadik javított és lényegesen bővített kiadás. Budapest, 1941. Pretium 14 P. Franklin-Társulat. P. 887. (Lexicon Latino-Hungaricum.)

Inter lexica scholarum in usum composita lexicon Burianum, quod quadraginta annis ante in lucem prodierat, constat maxime excelluisse innumerabilemque iuvenum manibus tritum nomenque Burianum in gymnasii usurpatissimum fuisse. Verum enim, ut pleraque res, sic etiam lexica sensim vetustate obsolescentia renovatione atque refectione indigent novisque scholasticae institutionis legibus et rationibus necesse est accommodentur. Hoc renovandi autem et augendi consilium et opus suscepit Eugenius Édes feliciterque peregit. Multorum enim vocabulorum et locutionum significaciones non satis expressas insignioribus linguaeque Hungaricae proprioribus evidentiores eminentioresque reddidit atque exemplorum haud exiguo numero illustravit. Vocabulorum origines respectis etymologicarum indagationum novis inventis diligenterque observatis multo clariores certioresque effecit. Atqui vocabulorum Latinorum origines clare perspectae et perceptae vix dici potest, quam multum ad interpretationem ex Latino in Hungaricum recte instituendam conferant. In munda speciosaque forma libri legentes grate pascent oculos. Hanc tertiam lexici Burianiani renovationem, quae vocabulorum 5 milibus et constructionis verborum 7 milibus plus continet, quam editio II, linguae Latinae doctores certe scio grato animo salvare iussuros.

Carolus Acs Bp.

Schmidt Mohácsensi. Judithae Molnár M.-Varadinensi. Ildiconi Schmidt Mohácsensi. Judithae Molnár M.-Váradinensi. Ildiconi Heimler Agriensi. Helena Burinkay Kaposvárensi. Francisco Dombi Quiquecclesiensi (Pianum). Mariae Firda Scarabantineae (Angelanum). Andreae Berecz Papaensi (Maurinum). Stephano Erki, Andreae Mucsi Szentesiensibus.

1. Ad saltum equulei.

cu-	Ro-	cau-	ci	lt	a-	ci-
sa	ta.	lo-	tur.	pi,	de-	vu-
ma	ta,	fi-	Mun-	pi-	de-	er-
ni				go	dus	

Bela Árkosi disc. gymn. Cisterc. et Ferd. Breier disc. Zrinyiani Bp.

2. Angulus magicus.

- | | |
|--------------|----------------------------|
| 1. A A E E F | 1. Contrarium verbi fas. |
| 2. F I I N | 2. Futurum verbi esse. |
| 3. O R S | 3. Passivum verbi facio. |
| 4. S T | 4. Coniunctio adversativa. |
| 5. T | 5. Consonans. |

Ioannes Velle disc. Piani Quinqueccl.

3. Aenigma arithmeticum.

Mater 44 nummulos (= fillér) dedit filiae, ut in taberna uno plus ovorum gallinaceorum, quam ova anserina emeret. Pretium ovi anserini duobus nummulis maius erat, quam ovi gallinacei. Quot igitur ova anserina et gallinacea filia emit? Quantum pretium ovorum utriusque generis fuit?

Zoltanus Babocsay disc. Cisterc. Agriensis.

4. Scalae.

- | | |
|----------|---------------------------------|
| ca . . . | Pars ima navis. |
| . ca . . | Filius Thesei. |
| .. ca .. | Populus Italiae meridionalis. |
| ... ca . | Deas fatales. |
| ca | Continens in meridiem spectans. |

Zoltanus Biró disc. conf. Helv. Bp.

8—6. 4 { manibus } usque ad { pedes.
 necibus } boves.

Manus

Fridericus Kreiner disc.

Sch. Piarum M.-Canissanus.

Neces

Alfredus Zeier disc.

Lucanensis (Helvetia).

AENIGMATA

Solutiones aenigmatum numeri IV. (m. Dec.): 1. Acer, caro, eram, Roma. — 2. Carina, amice, rigo, ico, ne, a. — 3. Beate vivere et honeste, id est cum virtute vivere. — 4. Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. — 5. Decrescit. — 6. Mantele. — 7. Cincinnatus. — 8. Puellae bene, mercator autem male computavit. — 9. Littera m. — 10. Salutem. — 11. Venter, dicere, mus, Latona, Acis, queo, Lamus, Brutus: «Quae volumus, libenter credimus».

12. 6 0 5 7 8 = pater
 2 0 5 7 8 = mater
 9 4 3 7 8 4 = liberi
1 0 2 4 9 4 0 = lamina (279 = mel.)

13. Heus, colo, hara, dueae, soli, īeo, Styx, laus, alea : «Hic Rhodus, hic salta».

Aenigmata recte dissolverunt ex 26 scholis 178 discipuli.

Praemia ab Societate Mag. Cath. Med. Sch. donata sorte obvenerunt : Georgio Moldoványi (*Verőczyanum*), Julio Blaschtik (*Maddachianum*), Evaë König (*Veresianum*), Evaë Bányai (*Angelanum*), Georgio Wollitzer (*Berzsenyianum*), Mariae Ziegler (*Sophianum*), Ericae Kis (*Szilágianum*), Stephano Hunyadi (*gymn. Cisterciensem*) Budapestinensibus. Ludovico Moosz Dombovárensi. Joanni

Singulas semper litteras
commuta, dum e mani-
bus pedes, e necibus
autem boves fiant.



1. Metus, terror. 2. Caerimonia, mos religiosus. 3. Carmen heroicum Homeri. 4. Prope, apud. 5. Vestis longa matronarum Romanarum.

Lacunas si expleveris.

Supremi versus litteris

Notabitur rex ultimus

Romanorum notissimus.

Lad. Versényi disc. Cisterc. (Baja.)

8. Numeris.

- 20, 9, 3, 13 : Loquor inquam.
12, 6, 18, 20, 16, 4, 21, 19 : laus, glorificatio.
21, 19, 10, 14, 16 : praepositio.
1, 15, 7, 4 : coniunctivus verbi esse.
17, 2, 11, 5, 13 : domicilium muto.
17, 6, 5, 4, 2, 18, 1 : mensis tertius.
Litterae 1—21 proverbium notum dant.

Ervinus Rafael disc. gymn. Unit. Claudiopolitani.

9. Logographus.

Particulam sumas, cui vis subiecta rogandi,
Troadis huic collem providus admoveas,
Juppiter unde vices belli spectare solebat:
hinc Libyae tibi gens gnara equitare datur.

Fr. Palata Moravus (Trebitsch).

10. Diagonalis in quadrato.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	A	B
								A	
								C	C
								D	E
								E	F
								G	H
								I	I
								L	L
								M	N
								N	O
								O	P
								R	R
								S	S
								T	T
								U	U
								U	V

1. Contrarium amici. 2. Specus montis Palatini. 3. Arcessaris. 4. Dimittere, amovere. 5. Pueruli, parvuli (gen. sing.). 6. Turba, seditio. 7. Poëta Romanorum clarissimus. 8. Vis, imperium. — Diagonalis nigro significata rem lectoribus nostris caram indicat.

Ero. Rafael disc. gymn. Unit. Claudiopolitani.

11. Pyramis inversa duplex.

- | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|--|--|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | | |
| 2 | 3 | 4 | 5 | | | |
| 3 | 4 | 5 | | | | |
| 4 | 5 | | | | | |
| 5 | | | | | | |
| 2 | 5 | | | | | |
| 6 | 2 | 5 | | | | |
| 4 | 6 | 2 | 5 | | | |
| 3 | 4 | 6 | 2 | 5 | | |

Recentibus, haud veteribus.

Bestia domestica lanigera.

Robur, firmitas.

Pronomen determinativum.

Consonans.

Part corporis.


Pluvia, matutina stillans.

Mendicus ex Odyssea notus.

Homines, mares (acc.).

Eva Brámer disc. Veresiani Bp.

12. Crucigramma.




- Ad librum:* 1. Proverbium. 6. Praepositio. 7. Vadere. 8. Consumo, concoquo (retro). 10. Nomen hodiernum insulae Meli. 12. Beatum reddo (aliquem). 13. Culeus retro legendus (sine littera ultima). 14. Diphthongus. 15. Quod miles ignavus facit. 17. Vocatus venti tempestatem afferentis.

- Ad perpendiculum:* 1. Vocativus pronominis possessivi. 2. Ecce. 3. Filia Beli, quae Carthaginem condidit. 4. Fundus vacuus (sine littera ultima). 5. Canis, custos regni inferni. 8. Inquino (retro legendum). 9. Eadem vocales 11. Vadite. 14. Nomen Graecum Martis. 16. Vadere.

Zoltanus Biró disc. gymn. conf. Helv. Bn.

Nota. Lectoribus minimus : 1—4, mediis et maioribus 5—12. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communi involucro epistulae ad moderatorem. J. Wagner (Budapest, XI., Lágymányosítca 20.) mittant.

Terminus solutionum : Calendae Aprilis.



Mense Ianuario 24 socii et discipuli opuscula ad me miserunt. Iterum atque iterum moneo iuvenes, ne sibi versus scribendo vim faciant. Quomodo e. c. dactylos poëtæ Petőfi latine reddere possit discipula, que nondum satis perita est legum grammaticarum metricarumque! Sunt, qui materiam abstractam discipulis difficilem ad me mittunt, quamquam animus juvenilis maxime opusculis narrativis descriptivisque allicitur. Sunt etiam, qui nondum sciant pretium vecturae postalis auctum esse, itaque epistolæ ad me missæ pittacium minoris quam debent pretii agglutinant, quorū ob neglegentiam moderator, si talem epistolam accipit, a tabellario (= epistolarum distributore) pecunia multatur.